

Evangelium Lucae 16. cap:

E Stote misericordes, sicut & ²⁵ *Thesauri cordis*
Pater vester misericors: & c. *de humilis gestis*

EXORDIUM.

à 25. cap.

Misericordiam volo, & c. idem appa- *Osae 6.*
ret ex hodierno Evangelio. In illo
enim non solum Christus argumentis gravissi-
mis, ad misericordiam nos adhortatur, ve-
rum etiam quænam misericordiae opera faci-
enda sunt, ipse explicat. Omnes itaq; Chri-
stiani misericordiae studeant, Deumq; ut ipso-
rum studio benedicat, implorent.

NARRATIO.

In hodierno Evangelio ipse Christus, &
Iquidem de rebus gravissimis, summo-
pereq; necessarijs concionatur. Hortatur
enim suos auditores ad misericordi-
am, quæ in hoc ultimo mundi seculo pe-
ne est emortua. Diligenter itaq; hujus *Mat: 24*
Evangelij lectionem considerantes per-
pendamus.

- I. *Ipsam Christi ad misericordiam*
adhortationem.
- II. *Adhortationis explicationem.*

N 5. Prole-